

I.  
O. 3849.  
6





6986. I. C. 6. 2A.

3849



# E L E G I A

Reverendissimo, Clarissimo, Magnifico

*Domino, Domino,*

*MATTHAEO RAUNTCHEK,*

Cathedralis Ecclesiae Labacensis Canonico, Theologiae Dog-  
maticae Professori publico, Studii philosophici in Cæs.

Reg. Lyceo Labacensi Directori meritissimo, a Sua

Cæs. Reg. Majestate, designato Excelsi Gubernii

Tergestini Consiliario,

a

dolentibus et gratulantibus utriusque

*Cursus philosophici discipulis*

*dicata*

atque ab eorundem Congregatorum uno coram Discessuro

pronuntiata.



TYPIS JOSEPHI SASSENBERG,

1 8 2 7.



E I L E G I A

Reverendissimo, Clarissimo, Magnifico

Domino, Domino,

M. A. T. T. A. R. O. S. A. M. A. R. C. H. E. S. I.

Cathedralis Ecclesiae Sabacensis Canonico, Theologiae Doctore  
maioris Professori publico, Studii philosophici in Graecia  
Reg. Lycei Sabacensis Directori merito merito, a Sua  
Caes. Reg. Majest. designato Excelsoi Cancellario  
Tergestini Consilio,

2

delectibus et gratulantibus utinam  
Cursus philosophici discipulis

dictata

atque ab eorundem Congressorum una coram Plectro

procurata



TYPIS JOSEPHI SASSENBERG

1 8 2 5

030048270



**S**i fletus, lacrimae magni sunt signa doloris ;  
Non sunt extremi, testibus his miseris ;  
Sique essent, malae madidae gemitusque decerent,  
Planctu sublato limina surda forent.  
Dignas jam nostro moerore ubi quaerere voces,  
Dicere jam parvum nescio triste vale ;  
Sic ubi delectus fatis celsurus acerbis  
Postremo natis visus erat genitor,  
Qui multum curans, multum jam profuit ipsis,  
Maturâ rapitur morte repente suis ;  
Visimus haud aliter TE, mox nobis abiturum,  
Afflictique vale dicimus alme ! TIBI.  
Durior ansa fuit, nunquam magis aequa dolorum ;  
Obvia causa patet, clara nitore suo ;  
Extollit gazas, felicem et mobile vulgus  
Has ausum nautam per mare ferre sibi ;  
Mirantur doctos, qui mensi sideris orbem,  
Qui palata prius limite et astra tenent ;  
Plauditur ille heros, aequat qui moenia terrae  
Pastorem pellens pascua vasta finit.  
Quantum at divitiis praestat largitor egenti,  
Et quantum studiis omnibus aucta fides ;  
Quantum ensem metuunt, gaudent sed pace coloni ;  
Tantum vincuntur caetera facta TUIS.  
Quam morum justus censor simul usque fuisti,  
TE duce sermo viget patrius, antè rudis ;  
Ordine quam claro gaudebant atria nostra,  
Doctrinis solidis perfrugium fueras.  
Si fio juvenis laudator temporis acti,  
Quid mirum ? Noscis lapsa, futura time !



Parce, dolore solet si duro injuria jungi,  
Nos linqvis moestos, inuenies hilares.  
Si tenebras verso nobis sol axe minatur,  
Fert alibi radios, recreat Antipodes;  
Praedicat silvis migransque eiconia frigus,  
Promittens oris advena ferta novis.  
Invidiae desunt, regimen qui criminer orbis?  
Adjuvat usque eadem causa, nocetque simul.  
Jam portus plaudet, jam, cinctus mille carinis,  
Echo jam reddent littora curva maris.  
Infelix civis quicumque audire recuset,  
Consiliumve TUUM sensibus hausit iners,  
Unquam si fuerit grati penuria verbi,  
Sentimus summam, jam minor omnis erat;  
Promeritus grates amplissima munera spargens  
Accipe sinceras, corde, nec ore, fluunt  
Crede, aestate prius torpebit limpidus amnis,  
Obteget arva gelus, tritica gignet hiems;  
Stagna prius linquet factis in robore nidis  
Squamiger, in medio vortice vultur aget;  
Excidet atque prius nomen cognomen et aetas,  
Quam pereat menti dulcis imago TUA.  
Tu, cui splendentes lati sunt regia coeli,  
Aethere qui regnans nutibus ima moves,  
Auxilium tuleras qui semper mitis egenis,  
Supplice voce precor, suscipe vota pia!  
Eximium huncce virum serves et corpore sanum,  
Non ipsum curae saevius obsideant;  
Spectrum falciferum longe de limine pelle,  
At senio confecto ostia pande tua.







